

reperitur dispositio, & ut particulatius rem intelligas, in tabula æquacionum octauæ sphaeræ tres solum tabulæ descriptæ sunt. Aequaciones em̄ signis & gradibus correspondentes è directo tantum ad quartam circuli partem sunt compositæ, hoc est ad 3. signa communia. Tabulæ tamen illæ & æquaciones omnibus signis accommodantur, ut de numero signorum ibi apparentium constabit. In superiori enim parte numeri signorum tali ponuntur ordine 0. 1. 2. 6. 7. 8. sed in calce tabulæ sic ordinantur, 3. 4. 5. 9. 10. 11. Sub quibus ascendendo uel descendendo è directo graduum linearum numeri æquaciones ponuntur, ut ad sensum tabulæ habent. In tabulis autem æquacionum Solis, Lunæ. ac planetarum aliorum. 6. tabulæ ponuntur partiales, quæ in una zodiaci medietate extensæ sunt, habentes singulæ binas lineas longitudinales, cum gradibus descendendo uel ascendendo crescentibus. In fronte uero tabularum de 0 usq; ad 5. inclusiue, & in pede similiter à 6. ad usq; 11. signorum numerus cõscriptus est. Ex opposito etiam graduum æquaciones continue scribuntur, in Solis quidem argumenti tantum, in Lunæ autem & aliorum planetarum æquatio centri, minuta proportionalia, in Lunæ iterum diuersitas diametri. In reliquorum uero tabulis longitudines adijciuntur longior, scilicet ac proprior, item differentiæ æquacionum quæ non aliud sunt, quàm excessus æquacionis maioris super minorem, inscribuntur cum titulis adde uel subtrahe. Sic etiam differentiæ titulos. A quidē additionem designans, M uero subtractionem in extremitatibus linearum suarum gestare solēt. Hic aduertendum quòd ubicunq; in æquacionum tabulis paragraphus occurrit, illic in differentia tã in superiori quàm in inferiori margine duæ literæ uel A & M, uel M. & A una scilicet super aliã positæ inueniuntur, quarum superior semper æquacionibus & differentiis supra paragraphum positis. Inferior autem eisdem infra dictum paragraphum descriptis inseruiet, hac præmissa itaq; declaratione tabulæ æquacionum patebunt intuenti, quarum usus talis est. Quandoquocunq; signum in tabulam mittendum fuerit in fronte eius repertum, tunc gradus completi currentis signi in linea numeri sinistri lateris descendendo quærendi sunt, & angulus eorum communis æquacionum adducit optatã. Differentiã uero æquacionis eius linea collateralis ostendit, & tituli utriusq; infrontere reperiuntur secundum quos partes proportionales residuis correspondentes regulari oportet. Si autem per tabulæ signo mittendo deseruiret, haud secus cum residuis gradibus in dextri lateris linea ascendendo angulus communis, tam æquacionum, quàm differentiam amplectens inuestigatur, nam eo casu linea superior collateralis angulo communi differentiam ipsam, sicut ima tabulæ planicies titulos elargitur congruos.

De ueris motibus. Propositio VIII.

Locum augis communis ex qua propria cuiusq; planetarũ aux elicitur ad

Cañtela.

¶ paragra-
phus.

¶ sicut ta in
lomm equa-
tionum.

Aux, cum
numm.

B 3

tur ad

Exm
76.

Exep